



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **R. P. Ludovici Richeomi Societatis Ies. Valedictio Animæ Deuotæ**

**Richeome, Louis**

**Coloniæ, 1610**

Cur Deus corpus hominis non absolutè immortale fecerit. Colloq. LXIX.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50753](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50753)



ni supernaturalem fuisse, tam ratione donorum supernaturalium fuisse, quibus Deus Adami animam affecerat, quo facilius corpus in sua harmonia retineretur, tum propter manducationem fructus vitæ, & sexcentos alios modos quibus illud conservare poterat, & in flore ætatis iucundissimo facere perennare.

*Cur Deus corpus hominis non absolute fecerit immortale.*

COLLOQUIUM LXIX.

PHIL.

**A**N ergo Deus facere non poterat, ut corpus natura immortale esset, quemadmodum animam simpliciter eum diximus immortalē procreavisse? TH. Potuisse certē manifestū est & haud aliquantō clarius quam ut de eo dubitare debere videatur, verū in diuinis istiusmodi rebus nunquā quæstionē instituire oportet, utrum Deus id facere potuerit, quin iuxta quoque & illud consideremus, fueritne supremæ illius sapiētiae cōueniēs & accommodatū. Potest ille, ut scias omnia, & consilio suo vniuersa gubernat, sapientissime-



fimeq; administrat. Agebatur hic de matrimonio nobilissimo, de corporis cum anima copula non simplice illa, sed quæ simul Rationalis, Vegetatiua, & Sensitive vocitaretur: unde necessarium planè erat vt corpus illud eiusdem materiæ esset, eadè organa, membra instrumentaque haberet, quo functiones istiusmodi animæ exequi, eius præcepta & imperata in effectû deducere, id est, se nutrire, progignere, crescereq; posset, quæ tres generales facultates animæ vegetatiuæ in plâtis etiã reperiuntur. Item vt tam sensus exteriores quam interiores haberet, vt visum, auditû, gustum, odoratum, & tactum: vt sensum communem, imaginationem, & memoriam corporalem, quarum opera diuersas imagines similitudinesque concipiens de rebus sensibilibus, intellectum, memoriam, voluntatemque ijs instruit: cuius vis anima operatur, per potentias & facultates: intelligit per intellectû, amat per voluntatem, per memoriam recordatur: quæ certè absque sensibus foret, nunquam præstare,

*Tres  
causa cur  
homo nõ  
absolutè  
sit im-  
mortalis.*

*Prima  
causa.*

*S. Thom.*

*1. p. q. 76*

*a. 5. l. 2.*

*contra*

*gentes c.*

*90. q. de*

*ani. a. 8.*

*q. de ma-*

*lo a. 5.*

*Arist. 1.*

*de s. dem.*

*c. 14. 3. de*

*anim. 6.*

*7. 8.*



nunquam exequi potuisset, sunt enim illi obsonatores quidam quotidie recentem ferociam in Domini sui mensam deferentes. Ut ergo sensus istos homo consequeretur, necessum planè erat corpus ex quatuor elementis conflare & inter se contrarijs partibus coagmentari, quo nimirum mortale corruptibileque efficeretur: nam contrarietas est causa dissolutionis. Requirebat itaque natura corporis humani tale ut esset, quale id Deus procrearet, & quemadmodum in eo singularis illius sapientia elucescit, ita euidèntissimè etiam bonitatem istud sequeretur, quod speciali quodam priuilegio contra naturæ leges immortalitatem Adamo impertiuisset. Iam verò si etiam homo absolutè immortalitatem fuisset consecutus, eamque iam nunc adhuc retineret, quantum tu eum quæso peccatorum, quantum scelerum, quantum flagitiorum designaturum fuisse arbitraris, priusquam innumerabili annorum serie euoluta in Orcum præcipitaretur? aut si innocenter, sicut iusti

*Arist. 1.  
de Cælo  
6. 2.*

*Secunda  
causa.*



iusti faciunt, vitā traduxisset suam,  
 terraque etiam adeo vt nunc mise-  
 riarum ærurnarumque sterilis fu-  
 isset, quid non malorum, tormento-  
 rû, quem deniq; nō infernum tole-  
 rasset, adeo longo temporis spatio  
 in hac vita permanēs & perennans?  
 Sapienter itaque Deus & miseri- *Providē-*  
 corditer fecisse existimandus est, *tia Dei*  
 dum corpus interitui obnoxium a- *plena mō*  
 nimæ confociauit, quæ peccare po- *sericor-*  
 terat, quæ hallucinari, vt & impro- *dia.*  
 bis malè agendi modos vitæ isthac  
 breuitate amputaret, & bonis mo-  
 lestiarû telam quæ lōgius quam par-  
 erat texta fuisset refecaret, vtrisque  
 autem salutarem timorem incute-  
 ret, & propter vitæ præsentis fuga-  
 citatem, & vero propter mortis in-  
 certitudinem, quò isti occasionem  
 vitia sua corrigendi facilius inueni-  
 rent, isti causam in virtutem suarum  
 studio perseuerandi reperirent, ne  
 videlicet repentina morte, hora qua  
 non sperabant imparati fortassis a- *Tertio*  
 liquando opprimantur. *causa.*  
 fa est cur hominem Deus mortalem  
 produxerit, vt videlicet suæ quo-  
 dam



dammodo author caputque fieret immortalitatis. Hæc enim Dei optimi Creatoris mens & lex est, ut Creatura ad eum finem dona gratiasque sibi impertitas dirigat, ad quem à supremo illo suo Principe collatæ sibi concessæque fuerunt.

*Arist. de  
Celo c. 3.  
et 4. Me-  
teor. cap.  
12.*

*Bona  
Dei de-  
bent ad-  
hiberi.*

Atque huc reuera Aristoteles respexisse mihi videtur cum ait, res naturales omnes suas vires facultatesque eò conferre, ut absque vlla cessatione operentur, solem, dies, menses, annos, tempora, & alia effecta constituere, propter quæ lumen suum recepit: aues quod alas acceperint, volare: oculum esse ut videat: aurem ut audiat: & denique omnes creaturas seridò illud agere quod à natura iniunctum ijs fuit, ne vnquam ferientur, nunquam otientur. Videtur & huc parabola illa Evangelica de Patrefamilias posse referri, quem ideo grauitè in seruum suum animaduertisse legimus, quod vim pecuniæ sibi commissam in terram defoderat, cum potius ea negotiandum & mercatura in honorem heri suumque commodum esset

*Matth.  
23. 24.*



esset exercenda. Deus itaque cum sexcenta bonorum genera in hominem congefisset, liberum arbitrium contulisset, ut eo bene fideliterque utens, pro se & vniuersa sua familia, confirmationem omnium prærogatiuarum & priuilegiorum supernaturalium, quæ tam in corpore quam in anima acceperat, lucrifaceret; conueniens reuera erat ut eodem quasi instanti, quo excellentissima illa de Domini manu munera accipiebat, manum operi admouere inciperet, & cælestis illius facultatis liberi videlicet arbitrij experimentum fumeret, & luculento aliquo signo grâtitudinem & amorem quo benefactorem suum complecteretur demonstraret. Et ecce edidit reuera specimen, cepit experimentum, reapse tale, cui deplorando nō ipse tantum, sed ne vniuersa quidem posteritas satis vnquã esse poterit; nam cum omnes illius cogitationes vnicum id spectare deberēt, quomodo Dei præceptis morem gerere posset ac obediret, maluit ille stultæ foeminæ persuasioni obtemperare



perare, & loco confirmationis bonorum supernaturalium quam promereri poterat, enorme ingrati animi vitium designare, propter quod ijs spoliaretur, & eorum loco in suam ac vniuersæ posteritatis ignominiam pelle mortuam vestiretur, nec nisi singulari Dei misericordiam naturæ munera ægrè retineret, attramen & illa nimio opere debilia, mutata, & ab insigni hoc lapsu mirabiliter variata. Quis nunc ergo nobilissimam hanc excellentissimamque humanam creaturam perpetuo suo vigore priuauit, florida iuuentute exuit, & immortalitate corporis spoliauit? ecquis pulcerrimum illud animæ corporisque matrimonium dissuit? quis copulam venustissimam diuulsit? societatem iucundissimam violauit? quis animam terræ afflixit, quæ olim cælis formosior erat? quis corpus in terram cineremque redegit, quod formatum erat, vt terræ dominaretur, & postea etiam cælo imperitaret? quis confusionem hanc peperit, quis immane illud diuortium designauit?

pec-



peccatum. Peccatum, inquam, sathanae primogenitus, qui hominis animam ac corpus priuilegijs supernaturalibus exuit, naturalia debilitauit & fregit, vniuersum hominum genus pessum dedit, & liberos in suis progenitoribus contrucidauit, qui semina carduorum, spinarum, calamitatum, arumnarum, afflictionum, maledictionum, pestilentiarum, bellorum iecit, qui exiguas bestiolas Regi suo rebellare fecit, quemadmodum ipse antea factitauit, quando à Deo desciiuit, & factionem flagitiosissimam inchoauit: qui omnes Adæ filios in sordibus & immunditia nasci, peccatores audire priusquam peccauerint, ante denique reos nominari facit, quam quid peccatum sit intelligat, & quidnam crimen sit cognoscant. Hæc enim lubrica generatio, hæc patris putrida radix, ramos & surculos sui similes producit: hoc semen, hæc caro, hæc massa rebellionis, è qua per concupiscentiam Filij Adæ efformantur, non modo poenam mortis corporeæ secum infert, sed

*Fulg. de  
incarn.  
cap. 13.*

*S. Greg.  
l. 17. moral.  
c. 8.*



sed etiam ignominiam mortis spiritualis, quæ priuatio diuinæ gratiæ est per peccatum introducta, & facit vt qui nascuntur sordibus contaminati sint, spiritu leprosi, Deo rebelles, serui peccati, & duplici morti destinati. Eheu! Quid, amabo, miserrimo isto genere humano facturum fuisset post tam grauem lapsum, tam fœdas maculas, tam profundum cœnum in quod decidit, tam execrandam fœditatem qua abolefcit, & quæ ex hac turpissima sentina profluxit? ecquo tandem pauperculus ille exul ac saucius fuisset deuolutus, si infinita ista bonitas, ad cuius similitudinem imaginemque factus erat, alium ei Adamum non submisisset, alium truncum non depaxisset, aliud cœleste semen quo regeneraretur & ex immani illo cœno protraheretur non effudisset? cui omnino alij rei seruiuisset, nisi eternæ condemnationi, vindictæ cœlorum, mortis, ac inferorum? Verùm Deus omnipotenti sua benignitate & clementia motus, filium suum longè dilectissimum Adam cœlestem,



stem, ipsam puritatem ad nos ablegavit, qui precioso sanguine suo maculas culpasque omnes eluens, modo etiam non necessario in perditæ dignitatis ius ac possessionem miseros nos collocavit, Paradisum caelestem peperit, haud illum aliquanto terreno illo nobiliorem, & denique æternæ beatitudinis fruitionem, modo nostra non obstet sollicitudo & oscitantia quam prolixissimè appromisit.

*De peccati deformitate ex consideratione mortis corporea.*

## COLLOQUIUM LXX.

**F**VERUNT ergo hæc opinor **THEOL.**  
 tis hætenus ut intelligeremus hominem à Deo immortalium conditum fuisse non animæ tantum, sed etiam corporis ratione spectata: nihilque adeo peritissimum illum artificem omittere voluisse, quod ad aptam & convenientem partium duarum nobilissimarum confederationem requiri pertinereque posse videbatur. Vidimus quæadmodum sexceti homini  
 mo-